SOPHRONE. Si je pouvais le trouver, je n'aurais rien à craindre.

CHRÉMÈS. C'est elle-même : je vais lui parler.

SOPHRONE, *entendant Chrémès.* Qui parle ici?

CHRÉMÈS. Sophrone.

SOPHRONE. Qui m'appelle par mon nom?

CHRÉMÈS. Regarde-moi.

SOPHRONE. Ah, grands dieux! n'est-ce pas là Stilphon?

CHRÉMÈS. Non.

SOPHRONE. Comment non?

CHRÉMÈS. Éloigne-toi un peu de cette porte, et garde-toi de m'appeler jamais de ce nom.

SOPHRONE. Pourquoi donc? N'êtes-vous pas celui que vous nous avez dit?

CHRÉMÈS. Chut!

SOPHRONA. Neque ille investigatur...
CHREMES. Quid agam!
SOPHRONA. Qui est ejus pater.
CHREMES. Adeo, an maneo, dum ea quæ loquitur, magis cognosco!
SOPHRONA. Quod si eum nunc reperire possim, nihil est quod verear.
CHREMES. Ea est ipsa : Colloquar.
SOPHRONA. Quis hic loquitur!
CHREMES. Sophrona.
SOPHRONA. Et meum nomen nominat!
CHREMES. Respice ad me.
SOPHRONA. Di, obsecro vos! estne hic Stilpho!
CHREMES. Non.
SOPHRONA. Negas!
CHREMES. Concede hinc a foribus paululum istorsum, sodes, Sophrona,
Ne me isthoc posthac nomine appellassis.
SOPHRONA. Quid! non, obsecro, es,
Quem semper te esse dictitasti!
CHREMES. St!

SOPHRONE. Pourquoi craindre cette porte?

CHRÉMÈS. J'ai là-dedans un dragon de femme (57). Autrefois je pris ce faux nom, de peur que vous n'allassiez babiller, et que ma femme n'eût vent de mon histoire.

SOPHRONE. Ah! voilà donc pourquoi nous n'avons jamais pu vous trouver.

CHRÉMÈS. Oh çà, dis-moi, quelle affaire as-tu dans cette maison? et où sont-elles?

SOPHRONE. Que je suis malheureuse!

CHRÉMÈS. Hé bien! qu'y a-t-il? Sont-elles vivantes?

SOPHRONE. Votre fille vit : sa pauvre mère est morte de chagrin.

CHRÉMÈS. C'est une grande perte (58).

SOPHRONE. Moi, pauvre vieille, sans appui, sans ressources, inconnue, j'ai marié, comme j'ai pu, votre fille au jeune homme de cette maison.

CHRÉMÈS. A Antiphon?

SOPHRONE. Oui, à lui-même.

CHRÉMÈS. Comment! il a deux femmes?

SOPHRONA. Quid has metuis fores!

CHREMES. Conclusam hic habeo uxorem sævam. Verum istoc me nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis : atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.

SOPHRONA. Hem! Istoc pol nos te hic invenire miseræ nunquam potuimus.

CHREMES. Eho, dic mihi, quid rei tibi est cum familia hac, unde exis!
Ubi illæ sunt!

SOPHRONA. Miseram me!

CHREMES. Hem, quid est! vivuntne!

SOPHRONA. Vivit gnata :
Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est.

CHREMES. Male factum!

SOPHRONA. Ego autem, quæ essem anus deserta, egens, ignota,
Ut potui, nuptum virginem locavi huic adolescenti,
Harum qui est dominus ædium.

CHREMES. Antiphonine!

SOPHRONA. Hem, illi ipsi.

CHREMES. Quid! Duasne is uxores habet!

SOPHRONE. Deux femmes, grands dieux ! Il n'a qu'elle seule.

CHRÉMÈS. Et cette autre qu'on dit sa parente?

SOPHRONE. C'est votre fille.

CHRÉMÈS. Que dis-tu?

SOPHRONE. C'est une invention pour la faire épouser sans dot à ce jeune homme qui l'aimait.

CHRÉMÈS. Grands dieux ! comme le hasard amène des événements qu'on n'oserait desirer! En arrivant, je trouve ma fille mariée à qui je voulais (59), et comme je voulais. Un mariage que nous arrangions avec grand'peine mon frère et moi, cette vieille femme toute seule l'a fait réussir.

SOPHRONE. Voyez ce qu'il y a à faire à présent. Le père du jeune homme est arrivé. On dit qu'il est fort mécontent.

CHRÉMÈS. Il n'y a rien à craindre. Mais, au nom des dieux et des hommes, que personne ne sache qu'elle est ma fille.

SOPHRONE. Personne ne le saura de moi.

CHRÉMÈS. Suis-moi, tu apprendras le reste là-dedans (60).

(*Ils entrent chez Demiphon.*)

SOPHRONA. Au! obsecro : unam ille quidem hanc solam.
CHREMES. Quid illa altera, quæ dicitur cognata!
SOPHRONA. Hæc ergo est.
CHREMES. Quid ais!
SOPHRONA. Composito factum est, quomodo hanc amans habere posset
Sine dote.
CHREMES. Di vestram fidem! quam sæpe forte temere
Eveniunt, quæ non audeas optare! offendi adveniens,
Quicum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam.
Quod nos ambo opere maximo dabamus operam ut fieret,
Sine nostra cura, maxima sua cura, hæc sola fecit.
SOPHRONA. Nunc quid opus facto sit, vide. Pater adolescentis venit :
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt.
CHREMES. Nihil pericli est.
Sed per deos atque homines, meam esse hanc, cave resciscat quisquam.
SOPHRONA. Nemo ex me scibit.
CHREMES. Sequere me : intus cætera audies.

ACTE CINQUIÈME.

SCÈNE I.

DEMIPHON, GETA.

DEMIPHON. C'est bien notre faute si les méchants font leurs affaires, avec notre manie de faire les généreux. Fuyez, dit le proverbe, mais ne passez pas votre maison (61). Ce n'était pas assez d'une telle friponnerie ; on jette encore de l'argent à la tête de mon drôle, pour qu'il s'en donne jusqu'à la prochaine fois.

GETA. Rien de plus clair.

DEMIPHON. On récompense aujourd'hui ceux qui changent le bien en mal.

GETA. C'est la pure vérité.

DEMIPHON. Comme notre sottise tourne à son profit (62) !

GETA. Pourvu qu'à ces conditions il l'épouse, encore !

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

DEMIPHO, GETA.

DEMIPHO. Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.
Ita fugias : ne præter casam, quod aiunt. Nonne id sat erat,
Accipere ab illo injuriam? Etiam argentum est ultro objectum,
Ut sit qui vivat, dum aliquid aliud flagitii conficiat.
GETA. Planissime.
DEMIPHO. His nunc præmium est, qui recta prava faciunt.
GETA. Verissime.
DEMIPHO. Ut stultissime quidem illi rem gesserimus.
GETA. Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.

DEMIPHON. Y aurait-il quelque doute, outre cela?

GETA. Je ne sais, ma foi, s'il ne serait pas homme à changer d'avis.

DEMIPHON. Comment! il en changerait?

GETA. Je ne dis pas; mais si, par hasard...

DEMIPHON. Je ferai ce que mon frère a dit : je vais amener sa femme, pour qu'elle parle à l'autre. Toi, Geta, va la prévenir de son arrivée.

SCÈNE II.

GETA, *seul.*

L'argent est trouvé pour Phedria, tout est calme pour le présent. Phanie ne s'en ira pas, on y a pourvu. Et après, qu'arrivera-t-il? Te voilà toujours dans le même bourbier ; tu paieras l'intérêt, Geta. Le mal n'est que différé ; les coups de fouet s'amassent, prends-y garde. Je vais prévenir Phanie, afin qu'elle ne redoute point Phormion, ni les propos qu'on va lui tenir.

DEMIPHO. Etiamne id dubium est!
GETA. Haud scio hercle, ut homo est, an mutet animum.
DEMIPHO. Hem! mutet autem!
GETA. Nescio : verum, si forte, dico.
DEMIPHO. Ita faciam, ut frater censuit : uxorem ejus huc adducam :
Cum ista ut loquatur. Tu, Geta, abi; prænuntia hanc venturam.

SCENA II.

GETA.

Argentum inventum est Phedriæ : de jurgio siletur :
Provisum est, ne in præsentia hæc hinc abeat : quid nunc porro!
Quid fiet! in eodem luto hæsitas : vorsuram solves (63),
Geta. Præsens quod fuerat malum, in diem abiit : plagæ crescunt,
Nisi prospicis. Nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem (64).

SCÈNE III.

DEMIPHON, NAUSISTRATE.

DEMIPHON. Allons, Nausistrate, vous savez vous y prendre; tâchez de nous la calmer, et de l'amener à faire de nécessité vertu.

NAUSISTRATE. Volontiers.

DEMIPHON. Aidez-moi de votre zèle, comme vous m'avez aidé tantôt de votre argent (65).

NAUSISTRATE. C'est avec plaisir (66). Je voudrais faire mieux; mais mon mari...

DEMIPHON. Hé bien?

NAUSISTRATE. C'est qu'il administre négligemment la fortune si bien acquise de mon père, qui retirait de cette terre deux talents par an, argent comptant (67). Ha! d'homme à homme, quelle différence!

DEMIPHON. Deux talents, dites-vous?

NAUSISTRATE. Et les produits étaient à bien plus bas prix. Malgré cela, il en tirait deux talents.

DEMIPHON. Ho! ho!

SCENA III.

DEMIPHO, NAUSISTRATA.

DEMIPHO. Agedum, ut soles, Nausistrata, fac illa ut placetur nobis :
Ut sua voluntate, id quod est faciendum, faciat.
NAUSISTRATA. Faciam.
DEMIPHO. Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es.
NAUSISTRATA. Factum volo : at pol minus queo viri culpa, quam me dignum est.
DEMIPHO. Quid autem?
NAUSISTRATA. Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur : nam ex his prædiis talenta argenti bina
Statim capiebat. Hem, vir viro quid præstat!
DEMIPHO. Bina, quæso?
NAUSISTRATA. Ac rebus vilioribus multo : tamen talenta bina.
DEMIPHO. Hui!

NAUSISTRATE. Que vous en semble?

DEMIPHON. Effectivement.

NAUSISTRATE. Ah! si j'étais homme, je lui ferais voir...

DEMIPHON, *l'interrompant*. Assurément (68).

NAUSISTRATE. Comment...

DEMIPHON, *l'interrompant*. Ménagez-vous, je vous prie, afin d'être en état... et que cette jeune femme ne vous fatigue pas la poitrine.

NAUSISTRATE. Je suivrai votre conseil. Mais je vois mon mari sortir de chez vous.

SCÈNE IV.

CHRÉMÈS, DEMIPHON, NAUSISTRATE.

CHRÉMÈS, *sans apercevoir Nausistrate*. Hé bien, Demiphon, lui a-t-on donné son argent?

DEMIPHON. Je n'y ai point perdu de temps.

CHRÉMÈS. C'est dommage. (*apercevant Nausistrate, il dit à part*) Aïe, je vois ma femme : j'ai pensé en dire plus qu'assez...

NAUSISTRATA. Quid hæc videntur!
DEMIPHO. Scilicet.
NAUSISTRATA. Virum me natam vellem :
Ego ostenderem...
DEMIPHO. Certo scio.
NAUSISTRATA. Quo pacto...
DEMIPHO. Parce, sodes,
Ut possis cum illa : ne te adolescens mulier defatiget.
NAUSISTRATA. Faciam, ut jubes. Sed meum virum abs te exire video.

SCENA IV.

CHREMES, DEMIPHO, NAUSISTRATA.

CHREMES. Hem, Demipho,
Jam illi datum est argentum!
DEMIPHO. Curavi illico.
CHREMES. Nollem datum.
Hei! video uxorem : pene plus quam sat erat.

DEMIPHON. Pourquoi dommage, Chrémès?

CHRÉMÈS. C'est bien.

DEMIPHON. Et toi, as-tu dit à cette Phanie pourquoi nous lui amenons Nausistrate?

CHRÉMÈS. J'ai arrangé l'affaire.

DEMIPHON. Que dit-elle enfin?

CHRÉMÈS. Impossible de la séparer.

DEMIPHON. Comment, impossible?

CHRÉMÈS. Ils s'aiment trop.

DEMIPHON. Que nous importe?

CHRÉMÈS. Beaucoup. De plus, j'ai découvert qu'elle est notre parente.

DEMIPHON. Ah bah! tu extravagues.

CHRÉMÈS. Tu verras; je ne parle pas sans raison : rappelle-toi, avec moi (69)...

DEMIPHON. Mais es-tu dans ton bon sens?

NAUSISTRATE. Ah! prenez garde d'insulter une parente.

DEMIPHON. Elle ne l'est pas.

CHRÉMÈS. Ne dis pas cela. Le père a changé de nom, c'est ce qui t'a trompé.

DEMIPHO. Cur nolles, Chreme!
CHREMES. Jam recte.
DEMIPHO. Quid tu! ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus!
CHREMES. Transegi.
DEMIPHO. Quid ait tandem!
CHREMES. Abduci non potest.
DEMIPHO. Qui, non potest!
CHREMES. Quia uterque utrique est cordi.
DEMIPHO. Quid istuc nostra!
CHREMES. Magni. Præter hæc,
Cognatam comperi esse nobis.
DEMIPHO. Quid! deliras!
CHREMES. Sic erit:
Non temere dico : redi mecum in memoriam.
DEMIPHO. Satin' sanus es!
NAUSISTRATA. Au! obsecro, cave, ne in cognatam pecces.
DEMIPHO. Non est.
CHREMES. Ne nega.
Patris nomen aliud dictum est : hoc tu errasti.

DEMIPHON. Elle ne connaissait pas son père?

CHRÉMÈS. Si fait.

DEMIPHON. Pourquoi a-t-elle dit un autre nom?

CHRÉMÈS. Allons, tu ne veux ni comprendre, ni t'en rapporter à moi.

DEMIPHON. Si tu ne me dis rien...

CHRÉMÈS. Encore?

NAUSISTRATE. Je n'y entends rien.

DEMIPHON. Ma foi, ni moi non plus.

CHRÉMÈS. Tu veux savoir? Eh bien! que Jupiter me conserve, comme il est vrai qu'elle n'a point de plus proches parents que toi et moi!

DEMIPHON. Grands dieux (70)! Allons tous la trouver (*il fait un mouvement*); je veux savoir le pour et le contre de tout ceci.

CHRÉMÈS, *retenant Demiphon*. Ah!

DEMIPHON. Qu'as-tu?

CHRÉMÈS. Peux-tu avoir si peu de confiance en moi?

DEMIPHON. Veux-tu que je te croie sans plus ample informé? Allons, soit. Mais cette fille de notre ami, que deviendra-t-elle (71)?

DEMIPHO. Non norat patrem!
CHREMES. Norat.
DEMIPHO. Cur aliud dixit!
CHREMES. Numquamne hodie concedes mihi,
Neque intelliges!
DEMIPHO. Si tu nihil narras.
CHREMES. Pergis!
NAUSISTRATA. Miror quid hoc siet.
DEMIPHO. Equidem hercle nescio.
CHREMES. Vin' scire! At ita me servet Juppiter,
Ut propior illi, quam ego sum, ac tu, nemo est!
DEMIPHO. Di vestram fidem!
Eamus ad ipsam una omnes nos; aut scire, aut nescire hoc volo.
CHREMES. Ha!
DEMIPHO. Quid est!
CHREMES. Itane parvam mihi fidem esse apud te!
DEMIPHO. Vin' me credere!
Vin' satis quæsitum mihi istuc esse! Age, fiat : quid! illa filia
Amici nostri, quid futurum est!

CHRÉMÈS. Cela ne fait rien.

DEMIPHON. Nous y renonçons?

CHRÉMÈS. Pourquoi pas?

DEMIPHON. Nous gardons celle-ci?

CHRÉMÈS. Oui.

DEMIPHON. Cela étant, Nausistrate, vous pouvez vous en retourner.

NAUSISTRATE. Je crois qu'il vaut mieux, pour tous, renoncer à votre projet, et garder cette jeune femme; car elle m'a semblé fort bien née.

SCÈNE V.

DEMIPHON, CHRÉMÈS.

DEMIPHON. Quelle est donc cette aventure?

CHRÉMÈS. A-t-elle fermé la porte?

DEMIPHON. Oui.

CHRÉMÈS. O Jupiter! les dieux nous favorisent : c'est ma fille que je trouve mariée à ton fils.

CHREMES. Recte.
DEMIPHO. Hanc igitur mittimus!
CHREMES. Quidni!
DEMIPHO. Illa maneat.
CHREMES. Sic.
DEMIPHO. Ire igitur tibi licet, Nausistrata.
NAUSISTRATA. Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quam ut c'eperas,
Manere hanc : nam perliberalis visa est, quum vidi, mihi.

SCENA V.

DEMIPHO, CHREMES.

DEMIPHO. Quid istuc negoti est!
CHREMES. Jamne operuit ostium!
DEMIPHO. Jam.
CHREMES. O Juppiter!
Di nos respiciunt : gnatam inveni nuptam cum tuo filio.

DEMIPHON. Hein? Mais comment...

CHRÉMÈS. Ce lieu n'est pas sûr pour vous le raconter.

DEMIPHON. Eh bien! entre.

CHRÉMÈS. Écoute, je ne veux pas que nos enfants en sachent rien.

SCÈNE VI (72).

ANTIPHON.

Quel que soit mon sort, je suis charmé que mon cousin soit content. Quelle prudence de n'ouvrir son cœur qu'à des passions dont les revers soient faciles à réparer! Phedria trouve de l'argent, et le voilà hors de peine; et moi, nul moyen de sortir d'embarras. Notre complot reste-t-il caché, je vis dans l'inquiétude; s'il se découvre, je suis déshonoré. Je ne remettrais pas le pied au logis, si on ne m'avait flatté de l'espérance de la conserver. Mais où trouver Geta? Je lui demanderais en quel moment il me conseille d'aborder mon père.

DEMIPHO. Hem!
Quo pacto id potuit?
CHREMES. Non satis tutus est ad narrandum hic locus.
DEMIPHO. At tu abi intro.
CHREMES. Heus, ne filii quidem nostri hoc resciscant volo.

SCENA VI.

ANTIPHO.

Lætus sum, ut ut meæ res sese habent, fratri obtigisse quod vult.
Quam scitum est, ejusmodi parare in animo cupiditates,
Quas, quum res adversæ sient, paulo mederi possis!
Hic simul argentum reperit, cura sese expedivit;
Ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis,
Quin, si hoc celetur, in metu; sin patefit, in probro sim.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostensa
Hujusce habendæ. Sed ubinam Getam invenire possum,
Ut rogem, quod tempus conveniendi patris me capere jubeat!

SCÈNE VII.

PHORMION, ANTIPHON.

PHORMION, *sans apercevoir Antiphon.* J'ai reçu l'argent, j'ai payé le marchand, j'ai emmené la belle. J'en ai assuré la possession à Phedria par sa manumission. Il ne me reste plus qu'une chose à faire, c'est d'endormir nos bonnes gens pour quelques jours, afin de faire bombance à loisir.

ANTIPHON, *apercevant Phormion.* Ah! voilà Phormion. Que marmottes-tu là?

PHORMION. Ce que je marmotte?

ANTIPHON. Que va faire Phedria? Comment va-t-il satisfaire son amour?

PHORMION. Il va jouer ton rôle.

ANTIPHON. Quel rôle?

PHORMION. Éviter son père. Il te prie de jouer le sien à ton tour, et de plaider sa cause pendant qu'il fera chez moi joyeuse vie. Je dirai aux vieillards que je m'en vais au marché de Sunium, acheter la petite esclave dont Geta parlait tantôt (73);

SCENA VII.

PHORMIO, ANTIPHO.

PHORMIO. Argentum accepi : tradidi lenoni : abduxi mulierem :
Curavi, propria ea Phedria ut potiretur : nam emissa est manu.
Nunc una mihi res etiam restat, quæ est conficienda, otium
Ab senibus ad potandum ut habeam : nam aliquot hos sumam dies.
ANTIPHO. Sed Phormio est. Quid ais!
PHORMIO. Quid?
ANTIPHO. Quidnam nunc facturus Phedria?
Quo pacto satietatem amoris ait se velle absumere?
PHORMIO. Vicissim partes tuas acturus est.
ANTIPHO. Quas?
PHORMIO. Ut fugitet patrem
Te suas rogavit rursum ut ageres : causam ut pro se diceres :
Nam potaturus est apud me. Ego me ire senibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta

de peur que, ne me voyant pas, ils n'aillent s'imaginer que je fricasse leur argent. Mais on ouvre votre porte.

ANTIPHON. Vois qui sort.

PHORMION. C'est Geta.

SCÈNE VIII.

GETA, ANTIPHON, PHORMION.

GETA, *sans apercevoir Antiphon et Phormion.* O Fortune! ô sort propice! de quelles faveurs inespérées vous comblez mon maître en ce jour!

ANTIPHON. Que veut-il dire?

GETA. Et de quelles frayeurs vous délivrez ses amis! Mais pourquoi m'amuser? Vite, le manteau sur l'épaule! En route! Trouvons notre homme, et annonçons-lui son bonheur.

ANTIPHON, *à Phormion.* Y comprends-tu quelque chose?

PHORMION. Et toi?

ANTIPHON. Rien du tout.

PHORMION. Et moi tout autant.

Ne, quum hic non videant me, conficere credant argentum suum.
Sed ostium concrepuit abs te.
ANTIPHO. Vide quis egrediatur.
PHORMIO. Geta est.

SCENA VIII.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

GETA. O Fortuna! o fors Fortuna! quantis commoditatibus,
Quam subito hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem!
ANTIPHO. Quidnam hic sibi vult!
GETA. Nosque amicos ejus exonerastis metu!
Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio;
Atque hominem propero invenire, ut hæc, quæ contigerint, sciat!
ANTIPHO. Num tu intelligis, hic quid narret!
PHORMIO. Num tu?
ANTIPHO. Nihil.
PHORMIO. Tantumdem ego.

GETA. Je cours chez Dorion; ils doivent y être.

ANTIPHON. Holà, Geta!

GETA. Holà, toi-même! Toujours on vous rappelle, quand on vous voit parti.

ANTIPHON. Geta.

GETA, *à part*. Encore? (*haut*) Crie, crie, tu n'y gagneras rien.

ANTIPHON. Tu ne veux pas t'arrêter?

GETA. Tu te feras rosser. (*plus bas*) C'est quelque galopin qui m'appelle (74)!

ANTIPHON. Tu te feras rosser toi-même, si tu ne t'arrêtes, coquin.

GETA. Il faut que ce soit un ami, pour menacer ainsi. (*il se retourne*) Mais est-ce celui que je cherche, ou non? C'est lui-même.

PHORMION. Viens çà promptement.

ANTIPHON. Qu'y a-t-il?

GETA. O de tous les hommes fortunés homme le plus fortuné! Car, sans contredit, Antiphon, seul vous êtes le favori des dieux.

ANTIPHON. Je le voudrais; mais dis-moi en quoi.

GETA. Ad lenonem hinc ire pergam : ibi nunc sunt.
ANTIPHO. Heus Geta.
GETA. Hem tibi.
Num mirum, aut novum est, revocari, cursum quum institueris?
ANTIPHO. Geta.
GETA. Pergit hercle : nunquam tu odio tuo me vinces.
ANTIPHO. Non manes?
GETA. Vapulabis. Curialis vernula est, qui me vocat.
ANTIPHO. Id tibi quidem jam fiet, nisi resistis, verbero.
GETA. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur malum.
Sed isne est quem quæro, an non? Ipsus est.
PHORMIO. Congredere actutum.
ANTIPHO. Quid est?
GETA. O omnium, quantum est qui vivant, homo hominum ornatissime!
Nam sine controversia ab diis solus diligere, Antipho.
ANTIPHO. Ita velim : sed, qui istuc credam ita esse, mihi dici velim.

GETA. Sera-ce assez de vous faire nager dans la joie?

ANTIPHON. Tu m'impatientes.

PHORMION. Trêve de grands mots. Dis-nous tes nouvelles.

GETA, *voyant Phormion.* Ha! vous voilà, Phormion?

PHORMION. Oui. Mais pourquoi perdre le temps?

GETA. Écoutez. Hem! Tout à l'heure, après vous avoir donné cet argent à la place, nous sommes revenus droit à la maison. Ensuite votre père m'envoie chez votre femme.

ANTIPHON. Quoi faire?

GETA. Je ne vous le dirai pas; cela ne fait rien à la chose. Lorsque je suis près d'entrer dans son appartement, le petit Mydas accourt, me tire par mon manteau, me fait pencher en arrière; je me retourne, je lui demande pourquoi il m'arrête. Il me répond qu'il est défendu d'entrer là. Sophrone, dit-il, vient d'y amener Chrémès, le frère de notre vieillard, et maintenant il est avec elles. Là-dessus, tout doucement, sur la pointe du pied, je m'approche de la porte, j'y demeure collé, je retiens mon haleine, je prête l'oreille, j'écoute de façon à ne rien perdre.

GETA. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo?
ANTIPHO. Enecas.
PHORMIO. Quin tu hinc pollicitationes aufer : et quod fers, cedo.
GETA. Ho!
Tu quoque hic aderas, Phormio!
PHORMIO. Aderam : sed tu cessas!
GETA. Accipe, hem.
Ut modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domum
Sumus profecti : interea mittit herus me ad uxorem tuam.
ANTIPHO. Quamobrem?
GETA. Omitto proloqui : nam nihil ad hanc rem est, Antipho.
Ubi in gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Myda :
Pone apprehendit pallio : resupinat : respicio : rogo
Quamobrem retineat me : ait esse vetitum intro ad heram accedere.
Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem,
Eumque nunc esse intus cum illis. Hoc ubi ego audivi, ad fores
Suspenso gradu placide ire perrexi : accessi : adstiti :
Animam compressi : aurem admovi : ita animum cœpi adtendere,
Hoc modo sermonem captans.

ANTIPHON. Courage, Geta.

GETA. Et là j'ai entendu une aventure admirable : aussi ai-je manqué de pousser un cri de joie (75).

ANTIPHON. Quelle aventure?

GETA. Qu'imaginez-vous?

ANTIPHON. Rien.

GETA. Mais, ô mirobolante merveille! votre oncle se trouve le père de Phanie, de votre femme.

ANTIPHON, *avec surprise*. Hein? quoi?

GETA. Il eut autrefois à Lemnos un commerce secret avec la mère de Phanie.

PHORMION. Tu rêves : elle ne connaîtrait point son père, n'est-ce pas?

GETA. Bien sûr, Phormion, qu'il y a quelque raison à cela. Mais est-ce qu'à travers la porte j'ai pu entendre tout ce qu'ils disaient en dedans?

PHORMION. Vraiment, c'est qu'on m'a fait aussi le même conte, à moi.

GETA. Voici du convaincant. Pendant que je suis là, l'oncle sort; un instant après il rentre avec votre père. Tous deux vous

ANTIPHO. Eu, Geta.
GETA. Hic pulcherrimum
Facinus audivi : itaque pene hercle exclamavi gaudio.
ANTIPHO. Quod?
GETA. Quodnam arbitrare?
ANTIPHO. Nescio.
GETA. Atqui mirificissimum.
Patruus tuus pater est inventus Phanio uxori tuæ.
ANTIPHO. Hem!
Quid ais!
GETA. Cum ejus consuevit olim matre in Lemno clanculum.
PHORMIO. Somnium : utin' hæc ignoraret suum patrem?
GETA. Aliquid credito,
Phormio, esse causæ : sed me censen' potuisse omnia
Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint?
PHORMIO. Atque hercle ego quoque illam inaudivi fabulam.
GETA. Imo etiam dabo,
Quo magis credas. Patruus interea inde huc egreditur foras :

permettent de la garder. Enfin on me dépêche pour vous chercher et vous amener.

ANTIPHON. Eh bien! enlève-moi donc promptement (76) : à quoi t'amuses-tu?

GETA. Ce sera bientôt fait.

ANTIPHON. Adieu, mon cher Phormion.

PHORMION. Adieu, Antiphon.

SCÈNE IX (77).

PHORMION.

Dieux! l'heureuse aventure! Voilà pour les fils un bonheur imprévu qui me charme. Merveilleuse occasion pour moi de duper les vieillards, d'épargner à Phedria la peine de mendier de l'argent chez ses amis; car celui qu'ils m'ont donné de si mauvaise grace, ils peuvent lui dire adieu (78) : voici qui me fournit le moyen de les y contraindre. Il faut changer d'allure et de visage. Cachons-nous dans la ruelle voisine, pour les

Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo :
Ait uterque tibi potestatem ejus habendæ dare :
Denique ego missus sum, te ut requirerem, atque adducerem.
ANTIPHO. Hem, quin ergo rape me : quid cessas!
GETA. Fecero.
ANTIPHO. O mi Phormio,
Vale.
PHORMIO. Vale, Antipho.

SCENA IX.

PHORMIO.

Bene, ita me di ament, factum. Gaudeo,
Tantam fortunam de improviso esse his datam.
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,
Et Phedriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam suorum æqualium supplex siet.
Nam idem hoc argentum, ita ut datum est ingratiis,
His datum erit. Hoc qui cogam, re ipsa reperi.
Nunc gestus mihi, vultusque est capiendus novus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum :

happer au passage. Je voulais faire semblant d'aller à Sunium, je n'y vais plus.

SCÈNE X.

DEMIPHON, PHORMION, CHRÉMÈS.

DEMIPHON. Je rends graces aux dieux, comme je le dois, mon frère, du bonheur qui nous arrive. Il faut au plus vite aller trouver Phormion, et retirer nos trente mines avant qu'il les ait éparpillées (79).

PHORMION, *feignant de ne pas les voir*. Je vais voir si Demiphon est chez lui, pour...

DEMIPHON. Nous allions chez vous, Phormion.

PHORMION, *à Demiphon*. Peut-être pour le même sujet qui m'amène?

DEMIPHON. Oui vraiment.

PHORMION. Je m'en suis douté. Mais pourquoi venir chez moi? C'est une plaisanterie. Avais-tu peur que ma parole une fois

Inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras.
Quo me adsimularam ire ad mercatum, non eo.

SCENA X.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

DEMIPHO. Dis magnas merito gratias habeo, atque ago:
Quando evenere hæc nobis, frater, prospere.
Quantum potest, nunc conveniendus Phormio est,
Priusquam dilapidet nostras triginta minas,
Ut auferamus.
PHORMIO. Demiphonem, si domi est,
Visam, ut, quod...
DEMIPHO. At nos ad te ibamus, Phormio..
PHORMIO. De eadem hac fortasse causa!
DEMIPHO. Ita hercle.
PHORMIO. Credidi.
Quid ad me ibatis! Ridiculum. Verebamini,
Ne non id facerem, quod recepissem semel!

donnée, j'y manquasse? Ah! tout pauvre que je suis, je n'ai rien tant à cœur que de mériter toute confiance.

CHRÉMÈS, *à Demiphon*. N'est-ce pas que c'est une personne comme il faut?

DEMIPHON, *à Chrémès*. Tout à fait.

PHORMION, *continuant son discours*. Je viens donc t'annoncer, Demiphon, que je suis prêt. Dès que tu voudras, donne-moi cette femme; j'ai tout négligé, comme de raison, pour ce mariage, quand j'ai vu que vous y teniez tant.

DEMIPHON. Mais c'est que mon frère m'en détourne. Si tu fais cela, me dit-il, quelles clameurs contre nous! On aurait pu d'abord la marier en tout honneur, on ne l'a pas fait. Aujourd'hui on va l'arracher à son mari; c'est une indignité. Enfin, presque tout ce que tu me reprochais tantôt.

PHORMION, *fièrement et d'un air irrité*. Te joues-tu de moi avec assez d'insolence?

DEMIPHON. Comment?

PHORMION. Comment? Je ne pourrai plus épouser l'autre. De quel front aborder une femme que j'ai dédaignée?

Heus! quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides.
CHREMES. Estne ea ita, ut dixi, liberalis!
DEMIPHO. Oppido.
PHORMIO. Itaque ad vos venio nuntiatum, Demipho,
Paratum me esse. Ubi vultis, uxorem date.
Nam omnes posthabui mihi res, ita uti par fuit,
Postquam, tantopere id vos velle, animadverteram.
DEMIPHO. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem.
Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris!
Olim quum honeste potuit, tum non est data :
Nunc viduam extrudi, turpe est. Ferme eadem omnia,
Quæ tute dudum coram me incusaveras.
PHORMIO. Satin' superbe illuditis me!
DEMIPHO. Qui!
PHORMIO. Rogas!
Quia ne alteram quidem illam potero ducere :
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim!

CHRÉMÈS, *tout bas à Demiphon.* Dis-lui : D'ailleurs je vois qu'Antiphon a bien du chagrin de la quitter.

DEMIPHON, *à Phormion.* Et d'ailleurs je vois que mon fils a bien du chagrin de la quitter. Ainsi, passe à la place, et fais-moi remettre cet argent, Phormion.

PHORMION. Quoi! l'argent que j'ai payé à mes créanciers?

DEMIPHON. Que faire alors?

PHORMION. Si tu veux me donner la femme que tu m'as promise, je l'épouse : si tu veux la garder, je garde la dot, Demiphon; car je ne dois pas être dupé pour l'amour de toi, puisque c'est à ta considération que j'ai remercié une femme qui m'apportait tout autant.

DEMIPHON. Va te faire pendre, coquin, avec tes forfanteries. Crois-tu donc qu'on ne te connaisse pas, toi et tes hauts faits?

PHORMION. Ma colère s'allume.

DEMIPHON. Tu l'épouserais, si on te la donnait, n'est-ce pas?

PHORMION. Essaie.

CHREMES. Tum autem, Antiphonem video ab se amittere
Invitum eam, inque.
DEMIPHO. Tum autem video filium
Invitum sane mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum rursum jube rescribi, Phormio.
PHORMIO. Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui!
DEMIPHO. Quid igitur fiet!
PHORMIO. Si vis mihi uxorem dare
Quam despondisti, ducam : sin est ut velis
Manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho;
Nam non est æquum me propter vos decipi,
Quum ego vestri honoris causa repudium alteri
Remiserim, quæ dotis tantumdem dabat.
DEMIPHO. I hinc in malam rem cum istac magnificentia,
Fugitive! Etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo!
PHORMIO. Irritor.
DEMIPHO. Tune hanc duceres,
Si tibi data esset!
PHORMIO. Fac periculum.

DEMIPHON. Afin que mon fils vécût avec elle chez toi ; c'était là votre dessein.

PHORMION, *d'un air fort irrité.* Qu'est-ce à dire, s'il vous plaît ?

DEMIPHON. Mon argent, tout de suite.

PHORMION. Ma femme, à l'instant.

DEMIPHON. Allons trouver les juges ; marche.

PHORMION. Les juges ? En vérité, si tu m'impatientes encore...

DEMIPHON. Que feras-tu ?

PHORMION. Moi ? Tu t'imagines peut-être que je ne protége que les femmes sans dot : je protége aussi les bien dotées.

DEMIPHON. Que nous fait cela ?

PHORMION. Rien. Seulement, je connais ici certaine femme dont le mari (80)...

CHRÉMÈS. Ah !

DEMIPHON. Quoi ?

PHORMION, *continuant.* Avait une seconde femme à Lemnos...

CHRÉMÈS, *à part.* Je suis mort...

PHORMION. Dont il a eu une fille, qu'il élève en secret...

DEMIPHO. Ut filius
Cum illa habitet apud te ; hoc vestrum consilium fuit.
PHORMIO. Quæso, quid narras !
DEMIPHO. Quin tu mihi argentum cedo.
PHORMIO. Imo vero uxorem tu cedo.
DEMIPHO. In jus ambula.
PHORMIO. In jus ! Enimvero si porro esse odiosi pergitis...
DEMIPHO. Quid facies !
PHORMIO. Egone ! Vos me indotatis modo
Patrocinari fortasse arbitramini :
Etiam dotatis soleo.
DEMIPHO. Quid id nostra !
PHORMIO. Nihil.
Hic quandam noram, cujus vir uxorem...
CHREMES. Hem !
DEMIPHO. Quid est !
PHORMIO. Lemni habuit aliam.
CHREMES. Nullus sum.
PHORMIO. Ex qua filiam
Suscepit, et eam clam educat.

CHRÉMÈS, *à part*. Et enterré.

PHORMION. Et je m'en vais lui raconter toute l'histoire.

CHRÉMÈS, *vivement*. Je te conjure, n'en fais rien.

PHORMION. Ah! ha! est-ce que ce serait toi?

DEMIPHON. Comme il nous joue!

CHRÉMÈS. Eh bien! soyons quittes. Va-t'en.

PHORMION. Chansons.

CHRÉMÈS. Que demandes-tu? L'argent que tu as reçu, nous te l'abandonnons.

PHORMION. Je comprends. Mais pourquoi me mystifier ainsi avec vos enfantillages? Je ne veux pas, je veux, je voulais, je ne veux plus; donne, prends; je l'avais dit, je m'en dédis; c'est conclu, c'est annulé.

CHRÉMÈS, *à Demiphon*. Comment, de qui a-t-il pu savoir cela?

DEMIPHON, *à Chrémès*. Je l'ignore; mais je suis sûr de ne l'avoir dit à personne.

CHRÉMÈS, *à Demiphon*. Que les dieux nous protégent! ceci tient du prodige.

CHREMES. Sepultus sum.
PHORMIO. Hæc adeo ego illi jam denarrabo.
CHREMES. Obsecro,
Ne facias.
PHORMIO. Ho! tune is eras!
DEMIPHO. Ut ludos facit!
CHREMES. Missum te facimus.
PHORMIO. Fabulæ.
CHREMES. Quid vis tibi!
Argentum quod habes, condonamus te.
PHORMIO. Audio.
Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini,
Inepti vestra puerili sententia!
Nolo, volo: volo, nolo rursum: cedo, cape:
Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est.
CHREMES. Quo pacto, aut unde hæc hic rescivit!
DEMIPHO. Nescio:
Nisi, me dixisse nemini, id certo scio.
CHREMES. Monstri, ita me di ament, simile.

PHORMION, *à part.* Je leur ai mis la puce à l'oreille.

DEMIPHON. Quoi ! ce fripon nous emportera tant d'argent, et se moquera de nous si effrontément? Plutôt mourir. Allons, mon frère, du courage et de la présence d'esprit. Tu vois que ta faute est connue; on ne peut plus la cacher à ta femme. Ce qu'elle doit apprendre d'ailleurs, déclarons-le nous-mêmes, c'est le meilleur moyen de l'apaiser. Alors nous pourrons à notre gré nous venger de ce coquin.

PHORMION, *à part.* Hé mais, si je n'y prends garde, je suis dans la nasse : ils viennent sur moi à bras raccourci (81).

CHRÉMÈS, *à Demiphon.* Je crains bien qu'elle ne soit inexorable.

DEMIPHON, *à Chrémès.* Sois tranquille; je ferai votre paix, j'en réponds, puisque la mère n'existe plus.

PHORMION. C'est là comme vous y allez? Vous vous y prenez assez finement. Demiphon, tu m'as irrité, tant pis pour ton frère. Oui-dà! tu auras fait tes farces en pays étranger, méprisé une femme du premier rang, au point de lui faire un

PHORMIO. Injeci scrupulum.
DEMIPHO. Hem !
Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? Emori hercle satius est.
Animo virili præsentique ut sis, para.
Vides tuum peccatum esse elatum foras,
Neque jam id celare posse te uxorem tuam.
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,
Id nosmet indicare placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Ulcisci.
PHORMIO. At at, nisi mihi prospicio, hæreo :
Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.
CHREMES. At vereor ut placari possit.
DEMIPHO. Bono animo es :
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Quum e medio excessit, unde hæc suscepta est tibi.
PHORMIO. Itane agitis mecum? Satis astute adgredimini.
Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho.
Ain' tu? Ubi peregre, tibi quod libitum fuit, feceris,
Neque hujus sis veritus fœminæ primariæ
Quin novo modo ei faceres contumelias ;

affront sans exemple, puis tu viendras laver ta faute avec quelques larmes! Dis un mot (82), j'allume un feu que tu ne pourras éteindre, quand tu fondrais en pleurs.

DEMIPHON. Que tous les dieux et les déesses confondent ce maraud! Vit-on jamais plus effronté coquin? Un bon arrêt ne me jettera pas ce scélérat dans un désert?

CHRÉMÈS. J'en suis à ne savoir quel parti prendre avec lui.

DEMIPHON, *à Chrémès.* Je le sais bien, moi. (*à Phormion*) En justice!

PHORMION. En justice? (*allant vers la maison de Chrémès*) Là-dedans, si tu veux plaider.

DEMIPHON, *à Chrémès.* Vite, arrête-le; tiens bon, que j'appelle mes esclaves.

CHRÉMÈS. Je ne puis à moi seul : viens à mon secours.

PHORMION, *à Demiphon.* J'ai une plainte à rendre contre toi.

CHRÉMÈS. En justice!

PHORMION. Et une autre contre toi, Chrémès.

DEMIPHON. Entraîne-le.

Venias nunc precibus lautum peccatum tuum!
Hisce; ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Ut ne restinguas, lacrymis si exstillaveris.
DEMIPHO. Malum, quod isti di deæque omnes duint!
Tantane adfectum quemquem esse hominem audacia!
Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras!
CHREMES. In id redactus sum loci,
Ut quid agam cum illo, nesciam prorsum.
DEMIPHO. Ego scio.
In jus eamus.
PHORMIO. In jus! Huc, si quid lubet.
DEMIPHO. Adsequere, ac retine, dum ego huc servos evoco.
CHREMES. Etenim solus nequeo ; accurre huc.
PHORMIO. Una injuria est
Tecum.
CHREMES. Lege agito ergo.
PHORMIO. Altera est tecum, Chreme.
DEMIPHO. Rape hunc.

PHORMION. Ah ! c'est comme cela ? Allons, mes poumons. Nausistrate ! sortez.

CHRÉMÈS, *à Demiphon*. Fermez-lui la bouche.

DEMIPHON. Le coquin, voyez comme il est fort !

PHORMION. Nausistrate ! sortez donc !

CHRÉMÈS. Veux-tu te taire ?

PHORMION. Me taire ?

DEMIPHON. S'il ne veut pas marcher, bourrez-le à coups de poing dans le ventre.

PHORMION. Crève-moi l'œil, si tu veux : je sais bien où me venger.

SCÈNE XI.

NAUSISTRATE, CHRÉMÈS, DEMIPHON, PHORMION.

NAUSISTRATE. Qui m'appelle ?

CHRÉMÈS, *effrayé*. Ah !

NAUSISTRATE. Quel est donc ce tumulte, mon mari ?

PHORMION, *à Chrémès*. Eh bien ! te voilà muet ?

PHORMIO. Itane agitis ? Enimvero voce est opus.
Nausistrata ! Exi.
CHREMES. Os opprime.
DEMIPHO. Impurum vide,
Quantum valet !
PHORMIO. Nausistrata ! inquam.
CHREMES. Non taces ?
PHORMIO. Taceam ?
DEMIPHO. Nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere.
PHORMIO. Vel oculum exclude. Est, ubi vos ulciscar, locus.

SCENA XI.

NAUSISTRATA, CHREMES, DEMIPHO, PHORMIO.

NAUSISTRATA. Quis nominat me ?
CHREMES. Hem !
NAUSISTRATA. Quid istic turbæ est, obsecro,
Mi vir ?
PHORMIO. Hem ! quid nunc obticuisti ?

NAUSISTRATE, *à Chrémès*. Quel est cet homme-là? Tu ne me réponds pas?

PHORMION. Lui, répondre? Par Hercule! il ne sait plus où il en est.

CHRÉMÈS, *à Nausistrate*. Ne va pas croire ce qu'il dit.

PHORMION, *à Nausistrate*. Approchez; tâtez-le, comme il est transi.

CHRÉMÈS, *continuant*. Il n'en est rien.

NAUSISTRATE, *à Chrémès*. Qu'y a-t-il donc? Et que dit cet homme?

PHORMION. Vous allez le savoir, écoutez.

CHRÉMÈS. Vas-tu encore le croire?

NAUSISTRATE. Croire quoi? Il n'a rien dit.

PHORMION. Le pauvre homme! la crainte le fait extravaguer.

NAUSISTRATE, *à Chrémès*. Ce n'est pas sans sujet que tu es si effrayé.

CHRÉMÈS. Moi effrayé?

PHORMION. Fort bien: puisque tu ne crains pas ce que je dis, et qu'il n'en est rien, dis-le toi-même.

NAUSISTRATA. Quis hic homo est?
Non mihi respondes!
PHORMIO. Hiccine ut tibi respondeat!
Qui hercle, ubi sit, nescit.
CHREMES. Cave isti quidquam credas.
PHORMIO. Abi: tange: si non totus friget, me eneca.
CHREMES. Nihil est.
NAUSISTRATA. Quid ergo est? quid istic narrat?
PHORMIO. Jam scies:
Ausculta.
CHREMES. Pergin' credere?
NAUSISTRATA. Quid ego, obsecro,
Huic credam, qui nihil dixit?
PHORMIO. Delirat miser
Timore.
NAUSISTRATA. Non pol temere est, quod tu tam times.
CHREMES. Egon' timeo!
PHORMIO. Recte sane: quando nihil times,
Et hoc nihil est, quod ego dico; tu narra.

DEMIPHON. Qu'il le dise à qui? A toi, coquin?

PHORMION, *à Demiphon*. Assez. Tu as bien secondé ton frère.

NAUSISTRATE. Comment! cher mari, tu ne me dis pas...?

CHRÉMÈS. Mais...

NAUSISTRATE. Mais quoi?

CHRÉMÈS. Il n'est pas nécessaire de dire...

PHORMION. Non pour toi; mais pour Nausistrate, il est bon qu'elle le sache. Dans l'île de Lemnos...

CHRÉMÈS. Ah! que dis-tu?

DEMIPHON. Veux-tu te taire?

PHORMION. A votre insu...

CHRÉMÈS. Hélas!

PHORMION. Il a épousé une femme...

NAUSISTRATE, *à Phormion*. Ami, que les dieux nous en préservent!

PHORMION. La chose est comme je vous le dis.

NAUSISTRATE. Malheureuse! je suis perdue!

PHORMION. Il en a déja une fille, pendant que vous dormez bien tranquillement.

DEMIPHO. Scelus!
Tibi narret!
PHORMIO. Eho tu, factum est abs te sedulo
Pro fratre.
NAUSISTRATA. Mi vir, non mihi narras!
CHREMES. At...
NAUSISTRATA. Quid, at!
CHREMES. Non opus est dicto.
PHORMIO. Tibi quidem : at scito huic opus est.
In Lemno...
CHREMES. Hem! quid ais!
DEMIPHO. Non taces!
PHORMIO. Clam te...
CHREMES. Hei mihi!
PHORMIO. Uxorem duxit.
NAUSISTRATA. Mi homo, di melius duint!
PHORMIO. Sic factum est.
NAUSISTRATA. Perii, misera!
PHORMIO. Et inde filiam
Suscepit jam unam, dum tu dormis.

CHRÉMÈS. Que devenir?

NAUSISTRATE. Ah! grands dieux! quel crime abominable!

PHORMION. C'est un fait.

NAUSISTRATE. Vit-on jamais action plus indigne? Près de leurs femmes, ils font les vieux. C'est à toi que je m'adresse, Demiphon, car j'aurais honte de lui parler. Le voilà donc, le sujet de ces fréquents voyages, de ces longs séjours à Lemnos! Le voilà, ce vil prix des denrées, qui diminuait nos revenus!

DEMIPHON. Il a commis une faute, je ne le nie pas, Nausistrate; mais qu'elle soit impardonnable...

PHORMION. Tu parles à sourde oreille.

DEMIPHON. Car ce n'est ni par mépris, ni par aversion pour toi. Il y a environ quinze ans qu'étant ivre, il rencontra je ne sais quelle femmelette; il en naquit cette fille. Il ne l'a jamais revue. Elle est morte : elle n'est plus de ce monde, celle qui aurait pu t'inquiéter. Ainsi, je t'en prie, toi qui es toujours si bonne, pardonne-lui cela.

NAUSISTRATE. Pardonner! Ah! malheureuse! si j'en étais quitte! Mais puis-je l'espérer? L'âge le rendra-t-il plus sage? Il était déja vieux alors, si c'est la vieillesse qui donne de la

CHREMES. Quid agimus!
NAUSISTRATA. Pro di immortales! facinus indignum et malum!
PHORMIO. Hoc actum est.
NAUSISTRATA. An quidquam hodie est factum indignius!
Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.
Demipho, te appello : nam me cum hoc ipso distædet loqui.
Hæccine erant itiones crebræ, et mansiones diutinæ
Lemni! hæccine erat ea, quæ nostros fructus minuebat, vilitas!
DEMIPHO. Ego, Nausistrata, esse in hac re culpam meritum non nego;
Sed ea, quin sit ignoscenda...
PHORMIO. Verba fiunt mortuo.
DEMIPHO. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo.
Vinolentus, fere abhinc annos quindecim, mulierculam
Eam compressit, unde hæc nata est : neque postilla unquam adtigit.
Ea mortem obiit : e medio abiit, qui fuit in re hac scrupulus.
Quamobrem te oro, ut alia tua facta sunt, æquo animo hoc feras.
NAUSISTRATA. Quid ego, æquo animo! Cupio misera in hac re jam defungier.
Sed quid sperem! Ætate porro minus peccaturum putem!
Jam tum erat senex, senectus si verecundos facit.

retenue. Suis-je plus jeune et plus belle? Ai-je plus d'attraits qu'alors, Demiphon? Comment veux-tu me faire espérer que pareille chose n'arrivera plus?

PHORMION, *à part*. Si on veut assister aux funérailles de Chrémès, qu'on se dépêche (83). Voilà comme je m'y prends. Allons, allons, attaque maintenant Phormion qui voudra; je l'équiperai comme Chrémès. Il a beau faire sa paix, je l'ai assez puni : sa femme a là une chanson à lui corner aux oreilles le reste de ses jours.

NAUSISTRATE. Je l'ai mérité sans doute. Faut-il, Demiphon, rappeler en détail comment j'en ai usé avec lui?

DEMIPHON. Je sais tout cela comme vous.

NAUSISTRATE. Eh bien! crois-tu que j'aie mérité pareil traitement?

DEMIPHON. Nullement; mais les reproches n'y peuvent rien : pardonne-lui, le voilà suppliant, avouant, repentant; que veux-tu de plus?

PHORMION, *à part*. Mais, avant la réconciliation, il faut son-

An mea forma atque ætas nunc magis expetenda est, Demipho?
Quid mihi nunc adfers, quamobrem expectem, aut sperem porro non fore?

PHORMIO. Exsequias Chremeti, quibus est commodum ire, jam tempus est.
Sic dabo : age, age, nunc Phormionem, qui volet, lacessito.
Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.
Redeat sane in gratiam : jam supplicii satis est mihi :
Habet hæc, ei quod, dum vivat usque, ad aurem obganniat.

NAUSISTRATA. At meo merito, credo. Quid ego nunc commemorem, Demipho,
Singillatim, qualis ego in hunc fuerim?

DEMIPHO. Novi æque omnia
Tecum.

NAUSISTRATA. Meriton' hoc meo videtur factum?

DEMIPHO. Minime gentium :
Verum, quando jam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce : orat, confitetur, purgat : quid vis amplius?

PHORMIO. Enimvero prius quam hæc dat veniam, mihi prospiciam et Phedriæ.

ger à moi et à Phedria. Nausistrate, avant de répondre à tout hasard, écoutez.

NAUSISTRATE, *à Phormion*. Qu'est-ce?

PHORMION. J'ai escroqué à votre mari trente mines, que j'ai données à votre fils, pour acheter une esclave qu'il aime.

CHRÉMÈS, *avec colère*. Comment! que dis-tu?

NAUSISTRATE, *à Chrémès*. Trouves-tu que ce soit un si grand crime à ton fils d'avoir, à la fleur de l'âge, une maîtresse, tandis que tu as deux femmes? N'as-tu pas de honte? De quel front le gronder? Répondras-tu?

DEMIPHON. Il fera ce que vous voudrez.

NAUSISTRATE, *à Demiphon*. Mais, afin que vous sachiez ma résolution, je ne pardonne, je ne promets, je ne réponds, que je n'aie vu mon fils. Je m'en rapporte à lui : ce qu'il ordonnera, je le ferai.

PHORMION, *à Nausistrate*. Vous êtes pleine de prudence, Nausistrate.

NAUSISTRATE, *à Chrémès*. Es-tu satisfait?

CHRÉMÈS. Je sors de cette affaire plus content, plus satisfait que je n'osais l'espérer.

NAUSISTRATE. Et vous, comment vous appelez-vous?

Heus, Nausistrata, prius quam huic respondes temere, audi.
NAUSISTRATA. Quid est?
PHORMIO. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli :
Eas dedi tuo gnato : is pro sua amica lenoni dedit.
CHREMES. Hem! quid ais?
NAUSISTRATA. Adeon' hoc indignum tibi videtur, filius
Homo adolescens, si habet unam amicam, tu uxores duas?
Nihil pudere? Quo ore illum objurgabis? Responde mihi.
DEMIPHO. Faciet ut voles.
NAUSISTRATA. Imo, ut meam jam scias sententiam,
Neque ego ignosco, neque promitto quidquam, neque respondeo,
Prius quam gnatum video. Ejus judicio permitto omnia :
Quod is jubebit, faciam.
PHORMIO. Mulier sapiens es, Nausistrata.
NAUSISTRATA. Satin' id est tibi?
CHREMES. Imo vero pulchre discedo, et probe,
Et præter spem.
NAUSISTRATA. Tu, tuum nomen dic quod est.

PHORMION. Moi? Phormion, l'ami de votre famille, et surtout de Phedria.

NAUSISTRATE. Eh bien, Phormion, en tout ce qui me sera possible j'agirai, je parlerai dans votre intérêt.

PHORMION. Vous avez bien de la bonté.

NAUSISTRATE. C'est trop juste.

PHORMION. Voulez-vous dès aujourd'hui faire une chose qui m'oblige, et qui taquine votre mari?

NAUSISTRATE. Je ne demande pas mieux.

PHORMION. Invitez-moi à souper.

NAUSISTRATE. Oui vraiment, je vous invite.

DEMIPHON. Entrons.

CHRÉMÈS. Soit; mais où est Phedria, notre juge (84)?

PHORMION. A l'instant je vous l'amène. — Adieu, applaudissez (85).

PHORMIO. Mihin'?
Phormio, vestræ familiæ hercle amicus, et tuo summus Phedriæ.
NAUSISTRATA. Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod potero, et quæ voles,
Faciamque, et dicam.
PHORMIO. Benigne dicis.
NAUSISTRATA. Pol meritum est tuum.
PHORMIO. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant?
NAUSISTRATA. Cupio.
PHORMIO. Me ad cœnam voca.
NAUSISTRATA. Pol vero voco.
DEMIPHO. Eamus intro hinc.
CHREMES. Fiat : sed ubi est Phedria,
Judex noster?
PHORMIO. Jam hic, faxo, aderit. Vos valete, et plaudite.

FIN DU PHORMION.

SCÈNE AJOUTÉE.

(*Auteur inconnu.*)

PHEDRIA, PHORMION.

PHEDRIA, *seul.* Certes, il y a une divinité qui nous voit et nous entend; on a beau dire que le hasard fait et pétrit à son caprice les événements d'ici-bas, je n'en crois rien.

PHORMION, *à part.* Oh! oh! qu'est-ce que ceci? Est-ce là Phedria ou Socrate en personne? Je vais lui parler. (*à Phedria*) Dis-moi, Phedria, d'où vient toute cette philosophie au milieu de ta joie?

PHEDRIA. Ah! bonjour, mon ami, mon cher Phormion; bonjour, l'homme du monde que je desirais le plus rencontrer.

PHORMION. Eh bien, qu'y a-t-il donc, je te prie?

PHEDRIA. C'est moi qui te prie de m'écouter. Ma Pamphila est citoyenne d'Athènes, d'une famille illustre, et riche.

PHORMION. Que dis-tu? Est-ce que tu rêves?

PHEDRIA. C'est, je te le jure, la pure vérité.

SCENA ADDITA.

PHEDRIA, PHORMIO.

PHEDRIA. Est profecto deus qui, quæ nos gerimus, auditque et videt;
Neque id verum existimo, quod vulgo dicitur:
Fortuna humana fingit, artatque ut lubet.
PHORMIO. Ohe, quid istuc est? Socratem non Phedriam
Offendi, ut video. Cesso adire et colloqui?
Heus, Phedria, unde tibi hæc nova sapientia,
Idque in tam magno, quod præ te fers, gaudio?
PHEDRIA. O salve, amice! o Phormio dulcissime,
Salve. Nemo est omnium quem ego magis nunc cuperem quam te.
PHORMIO. Narra istuc quæso, quid siet.
PHEDRIA. Imo ego te obsecro hercle ut audias.
